



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quare tres personæ simul non sint maius aliquid quam vna. R. S

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

digit differre numero, cauēdum est quomodo intelligatur. Diuersis enim modis dicuntur aliqua differre numero.

Quibus modis dicantur differre numero. & secundum quem modum possit conuenire personis.

Q

DICVNTVR n. aliqua differre numero, quando ita differunt vt hoc non sit illud, nec aliquid q̄ illud est, vel in ipso est: qualiter differunt Socrates & Plato, & huiusmodi quę apud Philosophos dicuntur indiuidua vel particularia, iuxta quę modū nō possunt dici tres personę differre numero. Dicuntur quoq; differre numero, quę in enumeratione siue cōputatione nō sibi adiunguntur, sed à se inuicē discernuntur, vt cum de aliquib⁹ reb⁹ loquentes dicimus, vna, duę, tres, & secundum hunc modum forte dixit Ioan. hypostasēs: id est personas differre numero. Possumus n. dicere, pater est vn⁹, & fili⁹ sunt duo, & pater & fili⁹ & Sp. S. sunt tres. Et itē; Hęc persona est vna, & hęc & illa sunt duę, & hęc & illa & alia sunt tres. Conuenientius tamen tres illę personę proprietatibus tantum distingui dicuntur: de quarum distinctione secundum proprietates in sequenti tractabitur, Nunc vero ad inceptum redeam⁹, quę dicta sunt repetētes, vt sepi⁹ versādo familiarit⁹ innotescāt.

Distin. 26.

Quod vna persona non est maior alia, nec tres simul quam vna: & hoc ratione ostendit catholica.

SCIENDVM est ergo tantā equalitatē esse in Trin. vt ait August. in 8. lib. de Trin. vt non solum pater non sit maior quam filius, sed nec pater & filius simul maius aliquid sint, quam Spiritus S. aut quęlibet persona minus aliquid sit, quam ipsa Trinitas. Quod autem ita sit, aliquo modo, si fieri potest, demonstrandum est. Quātum ergo creator ipse adiuuat, attendam⁹. Inquit Aug. in eodē,

Aug. cap. 1.
In medio.Cap. 2. in
principio.

H 5 quo-

quomodo in hac Trinitate duæ vel tres personæ non sunt maius aliquid quàm vna earum.

Ratione vtitur subtilissima ad ostendendum quod ita sit.

*Vide Aug.
fere conti-
nuo eiusdem
cap. 2.
libr. 8. de
Trinit.*

*Ibid. paulo
superius.*

*In medio
cap. 7.*

QVOD ibi magnum dicitur, aliunde magnum nō est, quā eo quo vere est: quia ibi magnitudo ipsa veritas est, & veritas essentia nō ergo ibi maius est, quod verius non est. Non autem verius est pater & filius simul, quam pater solus vel filius. Non ergo maius est aliquid vterque simul, quam singulus eorū: Et quia æquè vere est etiam spiritus S. ideo pater & filius simul non sunt aliquid maius quam ipse: quia nec verius sunt. Item in essentia veritatis, hoc est, verum esse: & hoc est esse, quod est magnum esse. Hoc est ergo magnum esse, quod verum esse. Quod igitur ibi æquè verum est, æquè magnū est. Quod ergo ibi plus veritatis non habet, nō plus habet magnitudinis. Plus autem veritatis nō habet, quod verius nō est. Nō est autem verius vna persona quam alia, vel duæ, quam vna, vel tres simul quam singula, non ergo plus veritatis habet vna quā alia, vel duæ quam vna, vel tres simul quam singula. Sic ergo, & ipsa Trinitas non est maius aliquid, quam vna quæque ibi persona, sed tam magnum quam singula: Non enim ibi maior est, quæ verior non est, vbi ipsa veritas est magnitudo. Ecce modo conuenienti & ratione catholica ostensum est, quomodo indifferens sit magnitudo trium personarū: quia nec vna maior est alia, nec duæ maius aliquid quam vna, nec tres simul maius aliquid quam singula.

Quod Deus non est dicendus triplex, sed trinus.

PRÆTEREA cum Deus dicatur trinus, nō tamen debet dici triplex. Ibi enim nō est triplicitas, vbi summa est vnitas & indifferens æqualitas, vnde Aug. in li. 6. de Trin. ait: Nō quoniā Deus Trinitas est, ideo triplex putād^r est, alioquin minor es-

set

set pa
filiu
vel s
null
enin
est q
illa p
& sp
gulu
plex

In
tum
Trin
qua
vna
dini
dict
nia
om
nia.
Tri
gnit
OS
N

N
cut
vna
Sci
fli
rēt
cor